



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

11 Consuetudo, quòd de bonis ecclesiasticis decima non solvatur, valet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

At, si de confirmatione Apostolica non constat, quando sumus in antiquis illam sufficit allegare, & famam probare, quia, ne propter difficultatem probandi rem ad eod antiquam, pereat jus partis, præsumitur pro privilegio, ut post, Imol, Bald. Gard. & alios tenet Felyn. *in c. causam, qua. num. 13. de prescript.*

- 11 Consuetudo ¶ autem, quod de prædijs ecclesiasticis decima non solvatur à clericis, & quod clerici eximantur à solutione decimarum tam prædialium, quam personalium etiam ratione bonorum patrimonialium valet. gloss. ult. *in c. in aliquibus in fin. de decim.* gloss. *in c. quia. cognovimus. 10. quast. 3.* Felyn. *in dicto cap. causam, qua. num. 1. in fin. de prescript.* Covar. *dicto cap. 17. num. 8. ver. primum hinc constat, & ver. secundò licet, & Monet. eodem cap. 5. num. 96 & 97* & etiam valet, & defenditur ¶ consuetudo, quæ passim in toto orbe terrarum viget, quod de quibusdam fructibus nulla debeatur decima, nec portio, ut de minutis etiam mistis, nempe de feno, herba, oleo, leguminibus, & de ijs, quæ non proveniunt ex possessionibus, ut sunt decimæ caseorum, ovorum & animalium S. Thom. *in 2. 2. quast. 87. art. 2. ad 3. in fin.* Astens. *in rubr. de decim. art. 4. in fin.* Paul. de Castr. *cons. 17. 2.* Covar. *lib. var. resolut. c. 17. nu. 8. ver. septima, Rebuff. eadem qu. 13. nu. 51. & Monet. c. 5. num. 93. & 94. de decim.*
- 12 Attenditur etiam, ¶ & valet consuetudo, quod de personalibus decima non persolvatur, & licet. Innoc. *in cap. in aliquibus, in fin. de decim.* teneat indistincte, nullam consuetudinem eximere, posse laicos à solutione decimarum, debet intelligi de prædialibus, cum ¶ personalibus con-

suetudine præscripta possint laici se eximere à solutione decimarum, quas qui solvant, pauci inveniuntur, alioquin infinitæ animæ torquerentur, ut tradit Host. *in sum. de decim. 8. & utrum, quast. 7. post. med. & Rebuff. qu. 13. num. 44. in fin. eod. tit. & ratio, quare personales ¶ decimæ in totum consuetudine præscribi possunt, est, quia non sunt de jure divino, & ided consuetudo excusat à solutione. Felyn. in dicto c. causam, qua. num. 1. Henric. in c. pervenit, de decim. colum. 5. & id commutivulu receptum esse tenet, Card. in c. 1. de decim. quem sequitur Covar. *eod. o. 17. num. 2. ver. & præter has, Rebuff. loco proxime citato, & Monet. eod. c. 5. nu. 92.**

Premissa omnia procedunt, quando parochi, & alij beneficiati habent, unde commodè vivere possint, quia aliàs nulla consuetudo, aut præscriptio decimas non solvendi, aut aliàs nihil Ecclesiæ ministris subministrandi excusat à peccato, nec valet hujusmodi consuetudo, quando ministrans spirituali sustentari non potest, quia sustentatio ¶ ministrorum Ecclesiæ Dei debetur de iure naturali, & divino, Sot. de iust. & ju. *quast. 3. art. 1. lib. 9.* Vasq. *contra Ill. cap. 89. nu. 8. & 9. lib. 2.* Covar. *d. c. 17. post. alios. quos citat. nu. 3.* & ita procedunt allegata per Rebuff. *in d. quast. 13. nu. 40.* ut declarat Monet. *eo. cap. 5. n. 91. de decim.* & pro ministrorum sustentatione, quando fructus sunt exigui, ut debitis oneribus satisfacere nequeant, per primitiarum, aut decimarum assignationem, vel Parochorum symbola, ac collectas tantum redigi debet, quod pro rectorum, aut parochiarum necessitate decenter sufficiat, Concil. Trid. *d. cap. 13. ver. in parochialibus, sess. 24. de reform.*